 tatem et cōdictionem: et extēdebat man⁹ suas  
 ad pplm non credentē et cōdicentē. et tamen  
 et ipos expectabat dicēs. **P**as ignosce ill:  
 qz nesciūt qd faciūt. **A**dhuc sane relique  
 seuiūt illi⁹ ciuitatis: adhuc cōdicūt de fron-  
 tibus oīm. **A**dō extendit man⁹ ad reliq̄as  
 non credētes et cōdicentes. **Q**ñ vidi iniqui-  
 tatem et cōdictionē in ciuitate. **V**ie ac  
 nocte circūdabit eā sup muros ei⁹  
 iniquitas et labor. **S**up muros ei⁹: super  
 munimēta ei⁹: tenens q̄si capita eius: nobi-  
 les eius. **I**lle nobilis si christianus effz. ne-  
 mo remaneret paganus. **P**lerūqz dicunt  
 homines: nemo remaneret paganus si ille  
 esset christianus. **P**lerūqz dicunt homi-  
 nes et ille si fieret christianus: quis rema-  
 neret paganus: **Q**uod ergo nondum fuit  
 christiani: quasi muri sunt ciuitatis illi⁹ nō  
 credentis et contradicentis. **Q**diu isti mu-  
 ri stabunt: **N**on semper stabunt. **C**ir-  
 cuit arca muros hiericho: veniet tempus

septio arce circuitu vt oēs muri ciuitatē nō credentis ⁊ dīcentis cadāt. Qd̄ donec si at turbat iste in exercitatioe sua: ⁊ pferens reliq̄as p̄tradicientiū. optat pēnas auolationis: optat requiē deserti: imo duret inf̄ p̄tradicentes: perferat minas: bibat op̄ p̄bria: expectet q̄ eū saluū faciet a pusillanimitate ⁊ tēpestare. Intueat caput exēpluz vite sue: trāquillef̄ in spe ⁊ si turbatur in re. Sic ac nocte circūdabit eā sup̄ muros ei⁹ iniquitatē labor. **In medio eius ⁊ iniusticia.** Et ideo labor ibi: q̄ iniquitas ibi: q̄ iniusticia ibi: ideo labor ibi. S; audiāt ex tēdētis man⁹. Venite ad me oēs q̄ laboratis. vos clamatis: vos dīcitis: vos conuiciami: Ille ecōtra. venite ad me oēs q̄ laboratis in sup̄bia v̄ra: ⁊ req̄escitis in hūilitate mea. **Discite a me inq̄: q̄ mitis sum ⁊ hūilis corde: ⁊ inuenietis req̄em aīnab⁹ v̄ris.** Un̄ enī illi laborāt: nisi q̄ nō sūt mites ⁊ hūiles corde: **Be⁹ humil fact⁹ ē: erubescat hō esse sup̄b⁹.** **Non defecit de plateis eius vsura ⁊ dolus.** Usuraz dolus nō abscondunt saltē q̄ mala sunt: s; publice seuiūt. Etenī q̄ in domo aliqd̄ male facit: v̄l de malo suo erubescat: in plateis ei⁹ vsura ⁊ dolus. Fenus ⁊ p̄fessionez h̄z: fen⁹ etiaz ars vocat: corp⁹ dicat: corp⁹ q̄si necessariū ciuitati: ⁊ de p̄fessione sua vectigal impedit. Usq̄ adeo i platea ē: qd̄ saltē abscondendū erat. Est ⁊ alia vsura peior: q̄ nō dimittis qd̄ tibi debet: ⁊ turbat oculus in illo vsu orōnis: **Dimitte nobis debita n̄ra.** Quid enī ibi factur⁹ es: q̄n̄ oratur⁹ ⁊ ad ip̄m vsū ventur⁹? **Uerbū otumeliosum: au disti: vis erigere damnatōis suppli cium: Uel tantū erige c̄tū dedisti feneratori. In iuriarū pugno p̄cussus es: interfectionē q̄rif. Usura mala: q̄ itur⁹ es i orōne: Si reliq̄ris orationē: q̄ circuitur⁹ ad d̄m: Ecce dicet: **Pat̄ noster q̄ es in cel: sanctificetur nomē tuū: adueniat regnū: fiat volūtas tua sicut in celo ⁊ in fra. Bices: **Pa nē n̄m quotidianū da nob̄ hodie: venies ad dimitte nobis debita n̄ra: sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus n̄ris. Uel in ciuitate illa mala abundēt vsure iste: nō intrēt parietes istos: vbi pecc̄ tundit. Quid facies q̄ ibi tu ⁊ ille vsus i medio estis: Preces tibi cōposuit celestis iurispitus. Qui nouerat qd̄ ibi ageret ait tibi: alit̄ nō impetrabis. Amē enī dico vobis: q̄ si dimiseritis hoib⁹ pecc̄a dimittent vobis. Si aut̄ nō dimiserit̄ pecc̄ata hoib⁹: neq̄ pat̄ v̄r dimittet vob. Quis******

h̄ dicit: **Qui scit qd̄ ibi agat qd̄ tu astans petis. Uide qd̄ voluit esse ip̄e aduocatus tu⁹: ip̄e iurispit⁹ tu⁹: ip̄e assessor patr̄. ip̄e iudex tu⁹ dixit: alit̄ n̄ accipies. Quid factur⁹ es: **Nō acceptur⁹ si n̄ dicitur⁹: n̄ acceptur⁹: si falluz dicitur⁹. Ergo aut factur⁹ ⁊ dicitur⁹: aut qd̄ petis nō p̄meritur⁹: q̄ q̄ h̄ non faciūt: in vsuris ill̄ sunt mal. Sunt ibi illi q̄ adhuc idola aut adorāt aut q̄runt: noli tu plebs dei: noli tu plebs christi: noli tu corpus illi⁹ capit̄. Attēde vinculū pac̄ tue: attēde p̄missum vite tue. Quid enī tibi p̄dest: q̄ exigis iniurias q̄s p̄tulisti: Ultio te reficit: Ergo de malo alieno gaudebis: **Passus es malū: ignosce ne duo sūt: ⁊ nō deficiat de plateis eius vsura ⁊ dolus. Nō ergo tu querebas solitudinē ⁊ pēnas ideo murmuras s; h̄. Ferre non potes cōtradictionem ⁊ iniquitatem ciuitatis huius: requiesce in his q̄ tecum intus sunt: ⁊ noli q̄rere solitudinem. Audi de ip̄is quid dicat. **Qm̄ si inimic⁹ exprobrasset mihi. Et qd̄em sup̄ius cōturbatus erat i exercitacione sua a voce inimici ⁊ a tribulatione peccatoris: forte in illa ciuitate pos̄t sup̄bia: illa erigēte turri s; mersa erat: vt diuiserent eorū lingue. Attēde intus qd̄ gemat: p̄pter picula a falsis fratribus. **Qm̄ si inimicus exprobrasset mihi. **Sustinuissem vtiq̄. Et si is q̄ oderat me sup̄ me magna locutus fuisset. Id est p̄ sup̄biam mihi insultasset: magnificaret se sup̄ me min̄aret q̄cqd̄ possz. **Absconderem me vtiq̄ ab eo. Ab illo q̄ foris est: vbi te absconderis inter illos qui intus sunt. Nunc autem vide: si non aliud restat: nisi vt solitudinem queras. **Tu v̄o: inq̄: hō vnanimis dux meus ⁊ notus meus. Forte aliqū bonū p̄siliuz dedisti: forte aliquādo p̄cessisti me et salubre aliquid monuisti me: in ecclesia dei simul sumus. Tu v̄o homo vnanimis dux meus ⁊ notus meus. **Qui simul mecum dulces capiebas cibos. Qui sunt dulces tibi: non omēs qui assunt nouerunt: sed non amaricent qui nouerunt: vt possint illis qui adhuc nō nouerunt dicere: gustate ⁊ videte quoniam dulcis est dominus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos. **In domo dei ambulauimus cum cōsensu. Un̄ ergo dissensio: Qui intus erat foris factus est. Ambulauit mecum in domo dei cum cōsensu: aliā domū erexit s; domuz dei. Quare illa reti-********************

Alia fra  
ter non

Alia fra.  
i maledixisset

Alia fra  
i abscondissent  
i foris

Alia lra. t. et.

eta ē: vbi ambulauim⁹ cū p̄sensu: Quare illa dextra ē: vbi dulces sūt capiebā⁹ cibos: **Veniāt mors sup illos: descēdāt ad infernū viuētes.** Quō replicauit ⁊ recolare nos fecit p̄mū illud scismatis initium: qm̄ in illo p̄mo p̄lo iudeorū qdam supbi se sepauerūt ⁊ extra sacrificare voluerunt: noua mors sup eos veit: Aperuit se terra ⁊ viuos absorbit. Veniat inqt̄ mors sup eos: ⁊ descēdant ad infernū viuētes. **Quid ē viuētes:** Sciētes qz peunt: ⁊ tñ p̄cūtes. Audi viuētes pire ⁊ absorberi hiatu terre: id ē deuorandē terrenarū cupiditatz absorberi. **Bicis hoi:** Quid pateris frat: **Fratres sum⁹:** vnū deū inuocam⁹: in vnū ch̄stū credim⁹: vnū euāgelium audimus: vnū psalmū cantam⁹: vnū amen respondem⁹: vnū alla resonamus: vnum pascē celebram⁹: **Quid tu foris es ⁊ ego int̄ sum:** Plerūqz angustat⁹ ⁊ p̄siderās q̄ vera dicant: reddat aut dñs maioribus n̄ris **Ergo viu⁹ perit:** Beinde addis ⁊ mones: saltē solū si sit malū segregatōis: cur adiūgis ⁊ rebaptisatōis: **Ascē in me qd̄ habes:** ⁊ si tu me odisti: ch̄sto i me parce. **Et h̄ eis malū plerūqz ⁊ maxie displicet.** Uere inqunt male fit: vtinā posset nō fieri. **Sz qd̄ facim⁹ de statutis maiorū n̄rorū:** Descēdant ad infernū viuētes. **Si mortu⁹ descēderes:** qd̄ ageres i ḡrares. **Cū vō scis malū esse qd̄ facis:** ⁊ tñ facis: nōne viu⁹ descēdis ad inferos: **Sz quare maxime ip̄os duces fr̄e hiatos absorbit viuos:** p̄lm̄ aut̄ illis p̄sentiētē e celo irruēs ignis absūpsit: **Propterea hāc penā cōmemorās psalm⁹ iste:** a p̄lo cepit: ⁊ ad duces p̄clust. **Veniāt mors super eos:** p̄pter illos dixit: super q̄s venit ignis de celo: ⁊ statū adiūxit. **Descēdāt ad infernū viuētes** p̄pter duces q̄s fr̄e hiat⁹ absorbit. **Nā quō descēderūt ad infernū viuētes de q̄bus dixerat:** Veniat mors super eos: **Si tā sup eos mors venerat:** quō viuū ad inferos descēdebāt: **Ergo a minoribus cepit:** ad maiores p̄clust. **Veniāt mors sup eos q̄ p̄senserūt ⁊ p̄secuti sunt.** **Quid illi duces ⁊ p̄ncipes:** Descēdāt ad infernū viuētes: qz ip̄i scripturas tractāt: ⁊ nouēnt bñ q̄tūdie legēdo quō ecclia catholica p̄ totum orbē terraz ita diffusā ē vt oīno cōtradictio oīs vacet: nec iueniri possit aliq̄d testimoniuū p̄ scismate eorū: nouerūt bñ: ideo ad inferos viuētes descēdūt: qz maluz qd̄ faciūt: malū eē nouēnt. **Illos aut̄ de diuina iracūdia ignis absūpsit.** **Studio enī cō-**

tentiōis accēsi: a duceb⁹ suis mal⁹ recedere noluerunt: veit sup ignē ignis: sup ardorē dissensiois ardor cōsūptiois: **Veniāt mors sup illos: ⁊ descēdāt ad infernū viuētes**

Alia lra. tnequitie thabitaculis

**Quā neq̄tia in hospitijs eorū i medio eorū.** In hospitijs vbi pegrināf ⁊ transeūt. Non enī h̄ sp̄ futuri sunt: ⁊ tñ p̄ animositate tp̄ali sic pugnāt. In hospitijs eorū iniq̄tas: in medio eorū iniq̄tas: nullū tā mediū eorū q̄ cor eorū. **Ergo ad deū exclamaui.** Corp⁹ ch̄sti ⁊ vnitas ch̄sti in angore: in tedio: in molestia: in p̄turbatione exercitatiois suc. **Ille vn⁹ hō:** in vno corpe posita vnitas cū tederet aīa ei⁹ exclamās a finib⁹ fr̄e. **A finib⁹ fr̄e ad te clamaui** iqt̄: cū angeref cor meū. **Ipe vn⁹:** si vnitas vn⁹: ⁊ ipe vn⁹: non i vno loco vn⁹: si a finibus terre clamat vn⁹. **Quō a finib⁹ fr̄e clamaret vn⁹:** nisi in mltis esset vnus: **Ergo ad dñm exclamaui.** Recte tu exclama ad dominū: noli ad donatū: ne tibi sit p̄ dño dominū: q̄ sub dño noluit esse p̄suul. **Ergo ad deū exclamaui.** **Et dñs exaudiuit me.** **Vespere mane et meridie narrabo et annuciabo et exaudiet voces meā.** **Euāgeliza tu:** noli tacere tu qd̄ accepisti. **Vespe de p̄teritis:** m̄ae de futurū meridie de sempit̄nis. **Id ad id qd̄ ait:** vespere p̄tinet qd̄ enarrat: ad id qd̄ ait: mane p̄tinet qd̄ annūciat: ad id qd̄ ait i meridie p̄tinet qd̄ exaudif vox ei⁹. **Finis enī in meridie est:** si inde nō declinat in occasuz. **In meridie enī lux excelsa ē:** splēdor sapie: feruor dilectionis. **Vespe ⁊ mane ⁊ meridie.** **Vespe dñs in cruce:** mane in resurrectione: meridie in ascēsiōe. **Enarrabo vespe patientiā moriētis:** annūciabo mane vitam resurrectionis: orabo vt exaudias meridie sedēs ad dexterā p̄ris: exaudiet vocē meā q̄ interpellat p̄ nob. **Quāta hui⁹ securitas:** q̄ta p̄solatio: q̄ta refectio. **A pusillanimitate ⁊ tēpestare q̄ malos:** q̄ iniq̄s: ⁊ forl ⁊ intus: ⁊ i his q̄ foris sūt cū fuisset int⁹. **Itaqz fr̄es mei q̄s i ip̄a p̄gregatōe parietū horuz videt̄ turbulētos:** supbos: sua q̄rētes: elatos: nō habētes zelū dei: castū: sanū: q̄tū: si mltū sibi tribuētēf: ad dissensionē patos: si occasionē nō inueniētēf: ip̄a ē palea dñi ce aree. **Hic illos paucos supbie vent⁹ excussit:** tota palea nō volabit: nisi cū ille i vltimo vētilabit. **Sz nos qd̄ nisi cū isto cātē:** cū isto orem⁹: cū isto plāgā⁹ ⁊ dicā⁹ securi. **Redimet in pace animā meam.** **Cōtra illos q̄ nō amāt pacē.** **In pace redi-**

Alia lra taurem



met aiam meā: qz cū his q̄ oderunt pacem  
 erā pacific⁹. **Redimet in pace aiam meaz**  
**Ab his qui appropinquāt mibi.**  
 Nā ab ill⁹ q̄ lōge sunt a me: facilis causa ē.  
 Nō me tā cito fallit q̄ dicit: veni idolū ado  
 rare: multū a me lōge ē. Chistian⁹ es: chri  
 stian⁹ inqt̄ ex ppiq̄ aduersaf: ppe ē. Redi  
 met i pace aiam meā ab his q̄ appinquāt  
 mibi. **Qm̄ inter mltos erant mecu.**  
**Quare dixit appropinquāt mibi:** Quia in  
 mltis erāt mecu. In h̄ vsu due snie occur  
 runt. In mltis erāt mecu. Baptismum ha  
 bebam⁹: vtriq̄ in eo erāt mecu. Euāgeliū  
 vtriq̄ legebam⁹: erant in eo mecu. Festa  
 martyriū celebrabam⁹: erāt ibi mecu. Pa  
 sce solēnitatē frequētabam⁹: erant ibi me  
 cum: sed non omnino mecum: In scisma  
 te nō mecu: in heresi nō mecu: In multis  
 mecu: in paucis nō mecu. S; in his pau  
 cis in q̄bus nō mecu: nō eis psunt mltā in  
 qb⁹ mecu. Etenī fres videte: q̄ mltā enar  
 raut ap̄ls Paulus: vnū dixit: si defuerit:  
 frustra sunt alia. Si liguis hoīm loquar z  
 angeloz ait: si habeā oēm pbetia z oēm  
 fidem z oēm sciam: si montes trāsseram: si  
 distribuā oīa mea paupib⁹. si tradā corp⁹  
 meum ita vt ardeat: q̄ multa enumerauit.  
 His oib⁹ mltis desit vna caritas: illa nūe  
 ro plā sunt: hec pondere maior ē. Ergo in  
 oibus sacramētis mecu: in vna caritate si  
 mecum: in mltis erant mecu. Rursus alio  
 mō qm̄ in multis erāt mecu: qui se sepaue  
 rant a me mecu erāt: nō in paucis s; in mul  
 tis. Etenī p totū orbem terraz pauca sunt  
 gn̄a: mltē sūt palee. Quid ḡ ait: In palea  
 mecu erant: in tritico nō mecu erāt: z pro  
 pinqt̄ palea tritico de vno semie exit: i vno  
 agro radicat: vna pluuia nutrit: eūdē mes  
 sorem patit: eandē trituratōz sustinet: ean  
 dem ventilatōz expectat: nō i vnū horreū  
 intrat. Quomā inter mltos erant mecum.  
**Fraudiet me de⁹ z hūliabit il  
 los: q̄ est añ secula.** Illi enī psumūt de  
 quo nescio duce suo q̄ cepit heri: hūliabit  
 illos q̄ est añ secla: qz et si ex tanto tpe chri  
 stus n̄r de Maria v̄gine añ secla: tñ in p̄  
 cipio erat v̄bū z verbū erat ap̄d deū z de⁹  
 erat verbū. Hūliabit illos q̄ est ante secla  
**Nō enī est ill⁹ cōmutatio:** De illis  
 dico qb⁹ nō est cōmutatio. Hauerat aliq̄s  
 pseueraturos: z in pseueratiōe sue neq̄te  
 morituros. Eudem⁹ enī eos: z nō est ill⁹ cō  
 mutatio. Qui sic moriunt in ip̄a puerfita  
 te: in ip̄o scismate: non est ill⁹ cōmutatio.

Hūliavit illos de⁹: hūliavit illos in dam  
 natione: qz erecti sunt in dissensioe. Non ē  
 ill⁹ cōmutatio: qz non mutant in meli⁹: s; in  
 peius: nec cū hic sint: nec in resurrectione.  
 Oēs enī resurgem⁹: s; non omēs imutabi  
 mur. Quare: Quia nō est illis cōmutatio  
**Et nō timuerūt deū.** Fratres mei vnū  
 remediū est: timeāt deū. deserant donatū.  
 Bicus illos pisse in heresi: in scismate: z ne  
 cesse est vt de⁹ retribuatur istis mal. Etenī  
 in damnatōz: noli tibi blandiri v̄bis tuis:  
 ne seq̄ris cecum ducē. Lecus aut̄ cecū du  
 cens sil⁹ in foueam cadūt. Quid ad me ait.  
 Quō heri vixi: sic z hodie. Parentes mei  
 qd̄ fuerūt h̄ z ego. Nō times deū: habe ti  
 more dei. Cogita qz ista oīa vera sūt q̄ le  
 gūtur: qz est fides christi q̄ falli non potest.  
 Qñ in heresi remanebit ad tantā euiden  
 tiam sancte catholice: quā diffudit deus p  
 orbem terrarū: quā añq̄ diffūderet promi  
 sit: p̄nunciavit: sic exhibuit vt p̄misit. Er  
 go caueāt z obfuent q̄ non timent deum.  
**Extendit manū suā in retribuēdo.**  
**Polluerūt testamētū ei⁹:** Lege te  
 stamētū qd̄ polluerūt. In semine tuo bñ  
 dicent omēs gentes. Polluerūt testamen  
 tum eius. Tu contra ista verba testatoris  
 quid dicis: Africa sola istam gr̄az meruit  
 sancti Bonati: in ip̄o remansit eccla chri  
 sti: Sic saltem eccliam Bonati: q̄re adiun  
 gis christi: de quo dictuz est: In semie tuo  
 bñ dicent omnes gentes. Post donatum  
 vis ire: pone christuz: z sic recede. Videte  
 ḡ quid sequit: Polluerūt testamētū eius.  
 Qd̄ testamētū: Abrae dicte sunt p̄missio  
 nes z semī eius. Ap̄lus dicit fres: tñ hoīs  
 testamētū confirmatū nēo irrituz fac: aut  
 supordinat. Abrae dicte sunt p̄missiones  
 z semini eius. Nō dicit z semib⁹ tāq̄ i ml  
 tis: s; tanq̄ in vno: z semini tuo qd̄ est chri  
 stus. In h̄ ḡ christo qd̄ p̄missuz ē testamē  
 tum: In semie tuo bñ dicent oēs gētes. Tu  
 q̄ dimisisti vnitatē oīm gētū z i p̄te remāsi  
 sti: polluisti testamētū ei⁹. Quid tibi ḡ pu  
 git: Et exterminareris: vt ab hereditate  
 separeris. de ira dei ē. Attēde enī qd̄ seq̄t:  
**Polluerūt testamētū ei⁹. Diuisi sunt p̄  
 iravultus ei⁹:** Quid expectatis: q̄ maio  
 re nota ostendant heretici: Diuisi sunt p̄  
 ira vultus eius. **Et appropinquavit  
 cor illi⁹.** Cui⁹ intelligim⁹: nisi cui⁹ ira diui  
 si sunt: Quō appropiq̄uit cor illi⁹: Et itel  
 ligā volūtate illi⁹. Etenī heretici exerta ē ca  
 tholica: z ex his q̄ male sentiūt p̄bati sūt q̄

Alia lra. non habet

Alia lra. t̄ contrariū t̄ nate runt

Alia lra. tab

bñ sentiūt. **M**ulta enī latebāt in scripturā  
 z cū p̄cisi essent heretici: q̄stionib⁹ agitaue-  
 runt eccliam dei. **A**pta sunt q̄ latebāt: z in-  
 tellecta est volūtas dei. **I**nde dicit in alio  
 psalmo: **C**ongregatio tauroꝝ inf̄ vaccas  
 pp̄loꝝ: vt excludant̄ hi q̄ probati sunt argē-  
 to. **E**xcludāt enī dixit: emineāt: appareāt.  
**U**nde dicunt̄ z in arte argentaria excluso-  
 res: id est ex q̄dam cōfusione masse ad sue  
 forme exp̄ssores. **E**rgo multi q̄ optime pos-  
 sunt scripturas dinoscere z p̄tractare late-  
 bant in pp̄lo dei: nec asserebāt solutionem  
 q̄stionum difficilium cū calūniator nullus  
 instaret. **N**unq̄d enī p̄fecte de trinitate tra-  
 ctatum ē: añq̄ oblatrarēt arriani: **N**unq̄d  
 p̄fecte de penitentia tractatū est añq̄ obs-  
 terent nouaciani: **S**ic nō p̄fecte de bap-  
 timate tractatū est añq̄ p̄tradicerēt foris po-  
 siti rebaptisatores. **N**ec de ip̄a vnitāte chri-  
 sti enucleate dicta erāt q̄ dicta sunt: nisi po-  
 stea q̄ sepatio illa vrgere cepit fratres ifir-  
 mos: vt iam illi q̄ nouerant h̄ tractare atq̄  
 dissoluere: ne p̄irent infirmi sollicitati que-  
 stionibus impioꝝ: s̄monibus z disputatio-  
 nibus suis obscura legis in publicū dedu-  
 cerent. **E**rgo illi diuisi sunt p̄ ira vult⁹ ei⁹:  
 z nobis ad intelligendū appropinquat cor  
 eius. **I**taq̄ intelligite illud quod i psalmo  
 alio comēmorauit: **C**ongregatio tauroꝝ:  
 id est: sup̄borū cornupetaz inf̄ vaccas po-  
 puloꝝ. **Q**uas dixit vaccas: **A**imas sedu-  
 ctibiles. **U**t q̄d hoc: **U**t excludant̄ hi: id ē  
 appareāt q̄ latebāt: q̄ p̄bati sunt argento.  
**Q**uid est argento: **E**loq̄a dñi eloq̄a casta:  
 argētū igne examinatū: p̄babile terre pur-  
 gatum septies tm̄. **H**unc sensum obscurū  
 videte quēadmodū i luce excludat apls:  
**O**portet inq̄t hereses esse: vt p̄bati mani-  
 festi fiāt inf̄ vos. **Q**uid est p̄bati: **P**roba-  
 ti argento: p̄bati eloquio. **Q**uid est mani-  
 festi fiāt: **E**xcludat. **Q**uare h̄: **P**rop̄ he-  
 reticos. **Q**uid ē p̄pter hereticos: **P**rop̄  
 congregatiōz tauroꝝ inter vaccas popu-  
 loꝝ. **S**ic q̄ z hi diuisi sunt p̄ ira vult⁹ ei⁹: z  
 a p̄p̄iāuit cor illi⁹. **M**olliti sūt s̄mo-  
 nes ei⁹ sup̄ oleū: z ipsi sunt iacula.  
**Q**uedā enī in scripturis dura videbantur  
 cum obscura essent: exposita mollita sunt.  
**N**ā z p̄ma heresis in discipul̄ christi velut  
 ad duriciā s̄monis ip̄ius facta est. **C**ū enī  
 diceret: **N**isi q̄s māducauerit carnē meā z  
 biberit sanguinē meū: non habebit vitā in  
 se: illi nō intelligentes dixerūt ad inuicem:  
**D**urus est hic sermo: q̄s potest eū audire:

**D**icētes qz durus est s̄mo hic: sepauerūt  
 se ab illo: remāsit cū illis duodeci. **C**um ei  
 suggestissent illos in s̄mone eius fuisse scā-  
 dalizatos: nunq̄d z vos inq̄t vultis abire:  
**E**t **P**etrus: **V**erbū vite eterne habes ad  
 quem ibim⁹: **I**ntendite obsecramus vos:  
 z paruuli discite pietatē. **N**unq̄d iam **P**e-  
 trus intelligebat secretū illi⁹ s̄monis dñi:  
**N**ondū intelligebat: sed bona esse v̄ba q̄  
 non intelligebat: pie credebat. **E**rgo si du-  
 rus est s̄mo: z nondū intellectus est: dur⁹  
 fit impio: vbi aut̄ pietate molliat: qz quan-  
 doq̄ soluet: z fit tibi oleum: z vsq̄ ad ossa  
 penetrabit. **P**roinde tāq̄ ip̄e **P**etr⁹ post  
 illā duriciā sicut putabāt s̄monis dñi scan-  
 dalizatus etiā h̄ diceret: **V**erbū vite eterne  
 habes: ad quē ibim⁹: ita **B**iecit. **F**acta i  
 dño curam tuam: et ip̄e te enutriet  
**P**aruulus es: nondum intelligis secreta  
 v̄boꝝ. **F**orte tibi panis latz: z adhuc lacte  
 nutriendus es: noli irasci vberibus: ip̄a te  
 idoneū reddent ad mēsam: cui mō minus  
 idoneus es. **E**cce p̄ diuisionē hereticorū  
 multa dura mollita sunt: s̄mones illi⁹ du-  
 ri: molliti sunt sup̄ oleum: z ipsi sunt iacula.  
**A**rmauerūt euāgelizantes: z ipsi sermones  
 dirigunt̄ in pectora quozūq̄ audientium  
 ab instātib⁹ opportune z importune. **M**ul-  
 tis s̄monibus: ill⁹ verbis tanq̄ sagittis cor-  
 da hoīm ad amorem pacis figunt̄. **B**uri-  
 erant: molles facti sunt: molliti nō v̄tutem  
 amiserunt: s̄ in iacula p̄uersi sunt. **M**olliti  
 sunt s̄mones eius sup̄ oleū: z ipsi molliti ser-  
 mones: ipsi sunt iacula. **S**ed tu nōdum for-  
 te idoneus es q̄ armeris his iacul⁹: z non-  
 dum tibi eluxit q̄d in s̄mone forte obscurū  
 est z durū. **F**acta in dño curam tuā z ip̄e  
 te enutriet. **I**n dño iacta. **E**cce vis te iacta-  
 re in dñm: nemo se sup̄dat p̄ dño. **F**acta  
 in dño curam tuā. **U**ide quēadmodū ma-  
 gnus ille miles christi in se curā paruuloꝝ  
 iactari noluit. **N**unq̄d **P**aulus p̄ vobis  
 crucifixus est: aut in noīe **P**auli baptizati  
 estis: **Q**uid eis aliud dicebat: nisi iactate i  
 dño curaz v̄ram: z ip̄e vos enutriet. **N**ō  
 aut̄ vult paruulus iactare curaz suā in dño:  
 z occurrit nescio quis: z dicit: ego excipio.  
**T**āq̄ nauis fluctuanti occurrit z dicit: ego  
 excipio. **R**espōdet tu: portū q̄ro nō sarti.  
**F**acta in dño curaz tuā z ip̄e te enutriet: et  
 vide qz portus te excipiet. **N**ō dabit  
 in eternum fluctuationes iusto. **V**i-  
 deris fluctuari in mari isto: s̄ excipit te por-  
 tus: tu tātū añq̄ itres i portū ab anchora

Alia lra.  
 i sup̄ dñm.

noli abrumpi. Fluctuat nauis i anchoris: s̄ nō longe a terra p̄icit: nec in eternū fluctuabit: et si ad tempus fluctuat. Etenī ad fluctuationē ptinent verba supiora: cōtristatus sum in exercitatiōe mea: et cōturbatus: expectabā eum qui me saluū faceret a pusillanimitate et tempestate. Fluctuās loquit: s̄ nō in eternū fluctuabit. Anchora ligat: anchora spes ei⁹ est. Nō dabit in eternū fluctuationē iusto. Illis autē qd: **¶ Tu vo deus deduces eos in puteum corruptiōis.** Puteus corruptiōis: tenebre sūt i bmersiōis. Beduces eos inq̄t i puteū corruptiōis: qz cecus cecū ducens: ambo in foueā cadūt. Beducit illos deus in puteum corruptiōis: nō q̄ ip̄e sit auctor culpe ip̄oz: s̄ q̄ ip̄e sit iudex iniq̄tatū eozū. Tradidit em̄ eos de⁹ in ꝑcupiscētias cordis eoz. Amauerūt em̄ tenebras et nō lucem: dilexerūt cecitatē et nō visionē. Nam ecce dñs Iesus eluxit vniuerso mūdo: canct̄ i vnitae cū toto mūdo. Nō em̄ est q̄ se abscondat a calore illi⁹. Illi autē traducetes a toto ad ptē: a corpe ad vulnus: a vita ad ꝑcisionē: qd passuri sūt nisi in puteū corruptiōis ituri. **¶ Viri sanguinū et doloſitatis:** Viros sanguinum ꝑpter interfectiōes dicit: atqz vtinā corporales et non spūales. Sanguis em̄ de carne exiens videt et horret. Quis videt sanguinē cordis i rebaptizato. Ille mortis alios oculos q̄ runt: q̄qz et de istis mortib⁹ visibilib⁹ nō q̄ escāt armati vbiqz circūcellidēs. Et si istas visibiles mortis attendam⁹: viri sanguinū sūt. Attēde armatū si vir pacis ē: et nō sanguinis. Si fustem saltem solum ferret: fert fundibulū: fert securum: fert lapides: fert lāceas. Et ista portātes vbiqz q̄ possūt euagant: sanguinē innocentū sicut. Ergo et de istis visibilib⁹ mortib⁹ sūt viri sanguinū. Et de illis dicam⁹ vtinā solas visibiles facerēt et aias nō perimerēt. Isti sūt viri sanguinū et doloſitati: ne putent qz nos male: sic intelligim⁹ viros sanguinū q̄ aias occidūt: ip̄i maximianistas suos sic intellexerūt. Nā cū eos damnarēt: in ip̄a sentētia ꝑciliij sui ista v̄ba posuerūt. Veloces pedes eoz ad effundendū sanguinē annūciatoz: ꝑtribulatio et calamitas in v̄ijs eoz: et viā pacis nō cognouerūt. Hoc de maximianistis dixerūt. Quero autē ego ab eis qm̄ maximianiste fuderint corpis sanguinē: nō qz et ip̄i nō fuderint: si esset talis multitudo q̄ fuderet: sed ꝑpter timiditātē paucitatis sue ma-

gis ab eis passi sūt aliqd: q̄ ip̄i tale aliqd aliqñ fecerūt. Ergo interrogo Bonatistā et dico: In ꝑcilio tuo posuisti d̄ maximianistz veloces pedes eoz ad effundendū sanguinē. Unū mihi date quē digito leserint maximianiste. Quid mihi aliud respōsur⁹ est: nisi qd̄ ego dico: Qui se separauerūt a bonitate: et aias seducēdo interimūt: spūaliter nō carnaliter sanguinem fundūt. Optime exposuisti: sed i expositiōe tua cognosce facta tua. Viri sanguinum et doloſitatis. In fraude doloſitas: in simulatione: in seductione. Quid ḡ illi ip̄i qui diuisi sūt ꝑ ira vultus eius: Ip̄i sūt viri sanguinū et doloſitatis. Sed quid de illis ait: **¶ Nō dimidiabūt dies suos.** Quid ē nō dimidiabūt dies suos: Nō ꝑficiūt quātū putāt: intra temp⁹ qd̄ sperāt ꝑibūt. Ip̄se ē em̄ ꝑdit ille: de quo dictū est: In dimidio dierū ei⁹ derelinquet eū: et in nouissimis suis erit insipies. ꝑficiūt: sed ad temp⁹. Quid. n. aut aplūs: **¶ Maligni aut homines et seductores ꝑficiūt in penis: ip̄i errantes: et alios i errozē mittēt.** Cecus aut cecū ducens: sicut in foueā cadunt. Merito cadūt in puteū corruptiōis. Quid ergo ait: ꝑficiūt in penis: nō tamē diu. Nā pauloante dixit: s̄ vltra nō ꝑficiūt: hoc ē: nō dimidiabūt dies suos. Sequat aplūs et dicat ḡre: **¶ Bemētia em̄ eoz manifesta erit omib⁹: sicut et illo rū sūt.** Viri sanguinū et doloſitatis: nō dimidiabūt dies suos. **¶ Ego aut in te speravi dñe.** Merito aut illi nō dimidiabūt dies suos: qz in homines sperauerunt. Ego aut a diebus ꝑpalib⁹ ꝑueni ad diē eternū. Quare: Quia in te speravi dñe.

**¶ Explicit Tractat⁹ de ꝑs. LIII.**

**Incipit Tractatus de ꝑs. LV.**

**¶** Sicut aliquā domū intraturi: cui⁹ sit et ad quē ptineat in titulo inscribitur: ne forte si importune irruamus q̄ nō oportet: neqz rursus timiditate reuocemur ab eo quo oportet intrare. Tāqz ergo si legerim⁹: hec ꝑdia illi⁹ aut illius: ita in supliminari psalmi hui⁹ habemus inscriptū. **¶ In fine ꝑ populo q̄ a sanctis lōge fact⁹: ip̄i David i tituli inscriptiōez cū tenuerūt eū allophi li in geth.** Agnoscam⁹ q̄ ꝑplm̄ qui longe factus ē a sanctis i tituli inscriptiōe: ptinet em̄ hoc ad ip̄m David: quē iā nostis intelligere spūaliter. Neqz em̄ ꝑmēdat nobis nisi ille de quo dictū est: **¶ Fins legis christ⁹ ad iusticiā oi credenti.** Ergo in fine cū audis:

Alia lra.  
interitus.

Alia lra.  
dolosi.